

Iuncus odoratus quid sit, uide apud Theophrastum libro. 9. capite. 7.

Iuncus palustris, oxyschinos apud Dioscoridem libro. 4. capite. 55.

Iunci radix, id est, Cyperus.

Iuncus rotundus, odoratus, Vide, οχόινον.

Iuniperum paruum, Græci ἀρκεύθιδά uocant, alij μνισίθειον, alij ἀκαταλίδα, Aegyptij Libium, Galli Lucipellum, Romani Iuniperū. Eius duo genera, altera maior, altera minor. Vtraq; acris est, excafactoria. Vide Dioscor. lib. 1. Plin. lib. 16. ca. 25.

Iupiter, chymistis ζυῖν.

Ius album piscium sic conficitur, cum sine garo, magisq; etiam sine conditura cuiusmodi καρνεῖαυ Græci uocant præparatur, scilicet anetho, saleq; cum oleo, & porri exiguo in aquam coniectis.

Iusticia, in symmetria pulchritudini assimilatur. Gale. de Definition.

Iusticiosus. Lege, Morbi.

Iustinū, a Iustino Imperatore primo inuenta descriptio, aduersus malum calculi, Citatur ab Nicolao.

Iustus medicus. Eius Hieram quandam describit Aecius sermo. 10. cap. 11.

Iustus, nomine ocularius medicus, insignis ætate Pauli Aeginetæ, cuius meminit libro sexto, capite uicesimo.

I X I

Ixia, Chamæleon albus: ideo sic dicta herba, quod quibusdā in locis uiscum circa radicem inueniatur, quo pro mastiche utuntur mulieres, Dioscor. lib. 3. cap. 9.

Ixine, interpretatione Theodori Chamæleon albus.

I Y N

ἰνυξ ἢ δὲ λεγομένη σεισοπυγίς, ut inquit Theocriti interpres, ἢ φασὶν ἐν τῷ φύσει ἔχειν ἐρωτικὴν κῆν τευα πειθῶ.

L A B

Abello, Nomen est uasis, diminutiuum a labro, de quo M. Tullius.

Labrum si in balneo non est, cura ut sit. Villicus habere debet ex præscripto Catonis, Labrum uinariū unum, Labra aquaria quinque, Labrum lupinariū unū. Columella lib. 12. cap. 28.

Labeonia, Marrubium, uel Prassium, apud Dioscor. libro. 3. capite. 118.

Labeones, & dentati, qui his nascuntur; ut Curio dentato contigit.

Labia, interdum uasa maiora.

Labor, interdum uehemens, quem exercitium nominat Gale, lib. 2. apho. 16. apho.

Laborare significat dolere. Designat etiam & fatigari, Gale, lib. 2. Aphor. 48.

Labrum Veneris, Dipsacos Dioscorides libro tertio, capite duodecimo.

Labruscam dici putat, quod in marginibus terræ ceu labris quibusdam fere nascatur.

Labrum Veneris, V ueiss; dystel.

Labrusca, uitis syluestris apud Dioscoridē libro. 4. capite. 193.

Labyzos olim myrrhæ addebatur, multo preciosior q̄ myrrha. Est autem myrrha similis gumi, sed preciosior.

L A C

Lac cyrenaicum, Silphium est.

Lac schiston appellant, quasi scissile ac dimidium, quoties uidelicet concretā eius partem, quæ casealis dici potest, ab setosa, ut Galeno placet, separamus. Improperie tamen inquit, schiston lac nonnulli appellant, id, in quo aut littorales calculi, aut ferrum ardens restinctum sit, de cuius iuramentis uide Dioscor. libro. 2. capite. 77.

Lacaphthon, i. Nascaphthon, secundū Pau.

Lacca secundum quosdam Cancanum. Est & gumi quoddam genus, fluens ex arbore, tincturis utile. Vide Barb. in Coroll. 23 libro. 1. Dioscor.

Lacertæ inimicissimum genus cochleis. Negantur semestrem uitam excedere. Plin. libro. 8. capite. 39.

Lacerti Arabia cubitales. In India uero in Nyfa monte. 24. in longitudine pedū, colore fului, aut puniceo, aut ceruleo. Plin. ibidē.

Lacerta græcorum σαύρα, & Chalcidica.

De quibus lege, Chalcidica lacerta. Est & piscis genus eius nominis. Item herbe, cuius meminit in Theriacis suis Nicæder, ubi inquit, σαυρήντε ἢ χθόνιον πέλεται σίφοο ἢ γεσιλίς. Variant in ea designanda commentarij & interpretes. Nam quidam pro Anagallide interpretantur; alij pro Nasturtio; alij pro Saurite, quæ est apud Dioscor. nonnulli pro Sinapi, quod, ut inquit Plin. Atheniensibus Sauron uocatur. Verū qui ex his propius feriant scopū, alij uiderint.

Lacertū, & Lacerta, utroq; genere dicitur.

Iuramenta eius lege apud Dioscor. lib. 2. Plin. lib. 8. cap. 39. Græce σαύρα. Quamq; est & herbe genus Saura Plutoni sacra, de qua in Nicandro,

Lachanon, commune oleris nomen, priuatim tamen Brassicæ tribuitur.
λαχανῶδες, uerti potest, oleraceum; oleribus tribuitur, quæ folio sunt latiore, cuiusmodi sunt beta, & brassica.
Lachrymæ, uide, Distillationes.
Lachryma quam Aethiopica olea stillat, Scammonia similis est, fulua, stillis exilib, constans, mordax, Dioscor. lib. 1.
Lachryma triplex, quæ offendit in modice sumpta, Cyrenaica, Medica, & Parthica, Gale. 3. temper.
Lachryma Cyanea, Acacia Aegyptia.
Laconicis excoquimus. Balneæ ardentes, ne dicam calentes, fuerunt in usu quotidiano priscorum, quibus persuasissimum habebant, in corporibus cibos coqui, & cruditatem digerere. In balneis erant tepidaria, caldaria, frigidaria; erant & sudatoria: quo ex genere est Laconicum, ubi sudando, exercendoq; corpus, cruditatem digerebāt, & appetentiam edendi prouocabant. Scribit Vitruuius, Laconicum, sudationesq; coniungendas esse tepidario. Qui saturitate epularum inmodica crudi erant, & caco stomachi, cruditateq; laborabant, hi ad balneas confugiebant, et in sudatorijs, laconicisq; sudorem euocabant; ita stomachi cruditatem digerentes, quam epulæ copiosiores afferunt. Corne. Celsus docet sudorem elici duobus modis; aut sicco calore, aut balneo. Siccum calorem esse Laconicarum, quæ utiles sunt, quoties humor intus nocet, isq; digerendus est. Consimiliter Seneca in Epistolis moralibus, carpens hunc uentricularū morem, sic refert. Quid mihi cum istis calentibus stagnis? quid cum sudatorijs? in quibus siccus uapor corpora exhauriens includitur: omnis sudor per laborem exeat. Poetæ satyrici consono ore carpentes ingluuiem helluonum, quorū deus uenter est, consimiles sententias numeris Poeticis complexi sunt. Horatius. Crudi, tumidique lauemur. Persius. Turgidus sic epulis, atque albo uentre lauatur. Iuuenalis. Crudum pauonem in balnea portas. Igitur Columella satyrico morsu, & canina facundia inuectus in delicias luxuriosorum, ait, Romanos saturos cibo, potuq; distentos, excoquere, digerereque quotidianam epularum cruditatem in Laconicis, hoc est, sudatorijs, ubi sudores di-

gerebant: & ita acti, rursus ad geneata cibaria, coenasq; esculentiores reuertebantur. Laconicum, autem, ut Dion tradit, a Laconibus dictum est inuentoribus: quoniam nude undiq; ante alios in hisce, s. sudatorijs exercebantur. Plinius autumat id genus instrumenta pessundedisse mores bonos, & debellasse corpora Romanæ iuuentutis. Colum. in præfa. lib. 1.
Lacon. Autor est Pollux, generosos canes esse Laconicos, Arcadicos, Argolicos, Celticos, Ibericos. Tradunt antiquitus Laconicos canes ex uulpib. canibusq; progenitas; & ob id græco uocabulo uocari *αλωπεκιδας*, quasi a Vulpe Vulpinaces. Columella lib. 7. cap. 12.
Laconici canes. Lege, Alopecides.
Laconicum balneum quale fuerit, require in dictione, Balneæ.
Lactis iuuamenta, & uarios usus, uide apud Dioscoridem libro. 2. Plin. libro. 28. capite. 9. lib. 11. capite. 41. Aristot. lib. de naturis animalium lib. 7. cap. 5. & 11.
Lactis muliebris humani iuuamenta, uide apud Dioscor. lib. 2.
λακτισ, molam significat quibus medicamenta teruntur. Atticis *αλετριβιον* uocatur.
Lacta. Lege, Casia.
Lactaria, quæ nos barbare lactinia.
Lactaria, Tithymali masculus apud Dioscor. libro. 4. capite. 168.
Lactes, Plinius uocauit intestinum duodenum, ieiunum, & quod tenuius est implicitum. Quanquam Suetonius in Vitellio murenarum etiā Lactes uocat, sicut Spartianus in lupis quoq; quibus rusticos pauerit Heliogabalus. Quidam lactium nomine pinguia intelligunt intestina, ut inquit Probus. Vnde apud Persium, lactes uncti. Quidam etiam membranas, quibus mutuo nexu implicantur intestina: quæ *χολάδες* item dicuntur Græcis, quoniam in ea corruetur *χολή*, id est, bilis, quam uocant *ξανθήν*, id est, flauam, qua excalfaciens, acrimoniaq; irritans, uelut pruritu superfluitatum excitet egestionem, ut ipsi interpretantur.
Lactes, tenuiora intestina in homine atque ouib. Græci *γαλακτιδες*. Quamq; Theodorus Gaza etiam pro Mesenterio interpretatur.

Lactaria opera, cibi omnes uocantur qui ex lacte conficiuntur; nos barbare hodie uocamus Lactinia.

Lactecula. Lege, Lactuca.

Lacticella, idem quod Sonchos, uel Cicerbita.

Lacticula, lege, Lactuca.

Lactes, supra intestina positi sunt: qui & ipsi latiore constant membrana, & pinguescunt: pendent ex uena maiore, principe, uenaeque per multas frequenti concursu deserunt ex pari illo uenarum grandium ad intestina, de summis ad ima usque spargentes. Aristoteles libro, 4. de natura animalium capite. 17.

Lactuca paphia, ea quae & Caprina.

Lactuca picris, id est, amara.

Lactuca satiuua.

Lactuca sessilis.

Lactuca syluestris, radice breuior est, & multicaulior quam satiuua, sponte nascens in aruis, folio pusillo, & ubi consumatum est, aculeato: caule candidiore: a lacte copiosissimo, acri, medicatoque, quod carpitur per messes, scapo inciso, praeclarum ad multa.

Lactuca Spadonia, sic quondam Pythagorae dicta, quia Venerem inhibet.

Lactuca Tartesiaca, candida, crispa.

Lactuca atra, quae Meconis, & Meconitis uocatur, a lacte papaueris simili, maxime soporifero: quod antiquis Italiae solum genus earum fuit, & ob id lactucis nomen inditum.

Lactuca Astylis, uel Artylis, a mulieribus sic dicta.

Lactuca Betica, eadem quae & Tartesiaca.

Lactuca Brenthisitis, lingua Cypriorum lactuca.

Lactuca caprina, syluestris lactucae species secunda, qua pisces necantur.

Lactuca Cappadoca, pexa, densa, pallida.

Lactuca Caprina, Tithymali masculus, de quo est apud Dioscor. lib. 4. cap. 168.

Lactuca Cecilia, alia a Ceciliania, cuius Plinius meminit, purpurea & crispa.

Lactuca Ceciliania, a Cetilio Metello dicta, Lactuca Crispa.

Lactuca Caprina, rubicunda ex candido & lenis.

Lactuca Eunuchia, ea quae & Spadonia.

Lactuca Pusca, Lactuca Graeca.

Lactuca Hieracia, quarta syluestris Lactu-

ca species, rotundo folio. Lege, Hieracium. Lactuca Isatis, quae in syluis prouenit, tertia syluestris Lactucae species. Quae & duplex est, syluestris, & satiuua, ut suo constabit loco.

Lactuca Lactucula, & Lactecula, sicut apud Graecos θηρίδαξ, & Thridacina dicitur. De Lactucis lege Theophr. libro. 7. capi. 5. Plin. lib. 20. cap. 7. Dioscor. lib. 2.

Lactuca marina, eadem quae & Caprina; cuius & inter Tithymalos mentio fit.

Lactucina herba, id est, Sonchos, uel Cicerbita, lingua Venetorum, folia ex aceto & sale manduntur.

Laculis, Pteris, uel Filix apud Dioscoridem libro. 4. capite. 196.

Laculos. Loculos, siue Loculameta disclusa, ut unumquodque genus seorsum ac separatim reponatur. M. Varro Loculatas piscinas appellat, in quibus generatim disclusi pisces continentur. Diminutiuum est a Lacu, & significat uas torcular. Columella lib. 12. cap. 49.

Lactumen, in facie, & capite, fereque in toto corpore nascitur, infantum praesertim hinculculum, maiori ex parte crustosum statim, uel paulo post initium. Lactumen uocauerunt, quoniam lactis impuritatem sequi putabant. Species haud dubie achorum, & exanthematum.

L A D

Ladam quidam existimant esse herbam ex qua fit Ladanum. Plin. lib. 12. cap. 17.

Ladanum quomodo colligunt caprae, & quomodo ex capris colligitur, uide apud Plin. lib. 12. cap. 11. Lege, λήδου.

Ladanum ita pronuntiandum censeo, non Laudanum, neque Lapdanum.

L A G

Lagides. Lege, Lepus terrestris.

Lagenium, pharmacum quoddam sic inscriptum apud Aecium, hydropicis idoneum, sermone. 10. cap. 26.

λάγων, idem quod κενεών.

λαγωφθαλμία, quando oculus palpebra superiore non contingitur: quod fit interdum, quando palpebrae aliquid deest, uel conuulsioni obnoxia est. Lege, Palpebrarum uitia.

λαγοφάλοισι uocant, ut inquit Paulus, qui superiorem palpebram retractam habent, Quod uitium interdum natura, in-

L A

terdum ex uulneris cicatrice fit: atq; hac uel sponte inducta, uel ex confusione, aut aduisione, negligenter facta euenit, lib. 6. capite. 10.

Lagopodes, nigrae aues, & pede leporino uillos habentes, Aelianus.

Lagopus, leporinis pedibus auis, candida, columbarum magnitudine, Plinius lib. 10. capite. 48. Aelianus.

Lagopus, leporis cuminum apud Dioscoridem libro. 4. capite. 20.

λαγώσ βαλάσισ, Lepus marinus.

λαγώσ χερσαίος, lepus terrestris.

L A M

Lamiae, piscium nomen, Plin. lib. 9. ca. 24.

Lamina argenti, geschlagen sylber.

Lanium, urtica mortua.

Lampas, Lychnis syluestris apud Dioscoridem libro. 3. capite. 114.

Lampetra, siue Lampræda, siue Lampyrides, a labendis petris pisces, uulgo noti, in cibos admissi lautiores, anguillarum amplitudine parte plurima digiti minimi crassitudine, palmi longitudine: cetera, anguillis pusillis & murenulis similes: nisi quod septem habent a capite in collū foramina, Barbarus in Coroll.

Lampuca, Romane Hieraciae herba, apud Dioscor. lib. 3. cap. 70.

λαμψάνη, lapsana.

L A N

Lana sulphurata, De hac uide Plin. lib. 29. capite. 2. Cornel. lib. 4. capite. 6.

Lanas tradunt mederi pecori cibos fastidienti, si cauda q̄ arctissime praeligata, ibidē pili euellantur, statim uesci pecus incipere, & quod extra nodum sit præmori.

Laneola, Lonchitis, apud Dioscoridem libro. 3. capite. 162.

Languida febris, Lege, febris.

Lanigeræ arbores quales sint, uide apud Plin. libro. 12. capite. 10.

Lanunini, & Cliternini, ut est in Ciceronis Epistola ad Petum, Item Colei, id est, testes. Exstant super hoc uersus Propertij. Cantabant surdo, nudabant pectora cæco Lanunij portas, heu mihi, solus eram.

L A P

λάπαρα, id est, Ilium, abdomen.

Lapathium paruum, id est, Acetosa.

Lapathium syluestre, Phyllitis apud Dioscoridem libro tertio, capite. 120.

L A

Lapathon Cantherinum, ea Lapathi species quam Oxalida uocant.

Lapathon syluestre, paruum, plantagini simile, humile & tenerum. Aecius Cencrodos a pinguedine cognominauit, radicē ei sublongam tradens, Rhaphano paruo similem.

Lapathū hodie omnes Rumicem interpretantur, radice altissima, & inter olera maxime singulari. Nec enim lateribus crassiores alias emittit, sed prætenues, Multicaule hoc olus, & ramosum: & cum perfecte adoleuit figura betæ proximū, corpus carnosum & madidum, idq; uel exemptū terræ diu recens. De Lapathum generibus consule Herbarium nostrum, & Dioscor. libro. 2. Plin. lib. 20. cap. 21.

λάπαθος, Democritus pro uenaticis scrobibus accepisse dicitur.

Lapides qui in spongijs inueniuntur, & ipsi uocantur spongiæ, Dioscorides libro. 5. capite. 154.

Lapilli nigri, Zuuitten.

Lapis specularis, unser lieben frauuen eis, Vide, squama uitalis.

Lapis specularis, sistēdo sanguini idoneus, citatur ab Sereno cap. 21. Sæpe lapis teritur, Specularem nomine dicunt: Et mistis hauritur aquis, sistitq; cruorem.

Lappa, Arction, apud Dioscoridem lib. 4. capite. 108.

Lappa maior, Arction apud Dioscoridem libro. 4. capite. 108.

Lappa minor, Rubia, uel Erythrodanum apud Dioscor. lib. 3. cap. 161.

Lappa, Xanthion, apud Dioscoridem lib. 4. capite. 139.

Lappago, Hippophaes apud Dioscoridem libro. 4. capite. 165.

Lapsana, Brassica syluestris. Est em Brassica alio nomine caulis: & utraq; dictio latina est. Oulus syluestre tritum diui Iulij carminibus, præcipue iocis militaribus celebratum. Alternis quippe uersibus exprobrauere lapsana se uixisse apud Dyrachiū, præmiorum parsimoniam cauillantes. Est autē id, ut inquit Plinius, Cima syluestris.

L A R

Larinae sues, Lege, Petalides, Et Barb. Corolla. libro. 2.

Laridum, salita est animalis caro, quasi large aridū. Hodie suillum pingue, quod ex-

L A

teriori cuti iungitur, Lardum uocant.
 Larinum nascitur apud Sabæos, inquit
 Strabo lib. 16. suffitu odoratissimum.
 Larix, non est nota, nisi his municipalibus
 qui isunt ad ripam fluminis Padi, & litora
 maris Adriatici. Folijs est Pini similibus,
 habetq; resinam liquidam mellis Attici co
 lore, quæ etiam phthisicis medetur. Vide
 Vitruuium, & Plinium lib. 16. & 24.

Larix pumila, id est, Chamæpeuce, apud
 Diosc. lib. 4. cap. 128.

λαρυγγοτομία, gutturis incisio: quæ quo
 modo fieri debeat, docet Paulus libro. 6.
 capite. 33.

Larynx, arteriæ quæ aspera dicitur, pars
 summa.

λαρυγξ, guttur. Vide, φάρυγξ.

L A S

Laseris exiguum. Virgultum clarissimum
 est nomine Lasertium, quod Græci Sil
 phion uocant, cuius succum uocant Laser,
 magnificum in usu, medicamentisq; & ad
 pondus argentei denarij pensum. In Cyre
 naica prouincia præstantissimū. Vnde epi
 itheto optimo Catullus Cyrenas Lasertij
 feras nominauit. Palladius græco uoca
 bulo Opon Cyrenaicum appellat Laser,
 quasi succū Cyrenaicū. Galen. quoq; Opi
 Cyrenaici mentionē crebro facit, intelli
 gi uolens hoc Laser: quāuis mendose hæc di
 ctio legatur in codicib. impressis. Plinius
 de Lasere scripsit hæc. Laser ex silphio pro
 fluens, inter eximia est nature dona nume
 ratū: plurib. cōpositionib. inseritur, per se
 aut algores excalfacit. Potū, neruorū uitia
 extenuat. Fœminis datur in uino. A La
 sere, Lasertiatū acetū dictū. Col. 1. 5. c. 8.

Lasertiatum, a Lasertio. Est aut Lasertium
 Silphium, a sam nunc uocant. Lasertium
 in Syria, & Armenia media, &
 Libya nascitur, caule ferulaceo. Diosc. lib.
 3. cap. 93. Plin. lib. 19. cap. 3. lib. 22. cap. 23.

Lassitudines nonnullę quidem in multis ac
 cidūt moribus, quæ simpliciter & proprie
 labores nominantur. Quidam uero neq;
 multis ac uehementibus acti motibus, lassitudo
 nes pati consueuerunt: tales itaq; labo
 res, non labores simpliciter, sed spontaneos
 labores uocare consueuerunt Medici.

L A T

Later, Hissopus, apud Dioscor. lib. 3. ca. 28.

Latex scythicus, cœlestis aqua.

L A

Lathiporphyrides. Lege, Porphyrides.

Lathyrus, folia habet lactucae similia, ut in
 quit Plinius lib. 27. cap. 11. Vide de ea Dio
 scor. lib. 4. cap. 177.

Latiscunt in uentrē, latifūt, prægrandesq;
 & uentricosi. Colum. lib. 2. cap. 10.

Latitudo in medicinis, ubi uel corpus ad om
 nem partem extenditur, uel meatus quo
 dammodo extēduntur. Galen. de Morb.
 different. lib. 1.

Latro, uel seruus fugitiuus, Quecksylber.

Latrina, cloaca priuata.

Latum Cyminum, græce πλατοκύμινον.

L A V

Lauacrum Veneris. Dioscor. libro tertio,
 capite. 12. Dipsacos.

Lauendulam, Nardum Gallicam, uel Spi
 cam celticam, primus M. Vergilius in Cō
 mentario pronunciauit: uerum an ad rem,
 alij uiderint.

Laureola, Daphnoides, apud Dioscoridē
 lib. 4. cap. 149.

Laureola, alia ab Daphnoide, Peruinca, uel
 Chamædaphne, apud Diosc. lib. 4. ca. 150.

Lauream, & Laurum, & mutata diphthon
 go Loream, pro eodem accipit Cato: alij
 folia distinguunt, appellatione Laureæ.

Lauacra adhibere, pro balneare.

Lauer. Lege, Sium.

Laurus quædam tenui folio constat, altera
 latiore. Vtraq; excalfactoriam uim habet.
 De medicaminibus eius & præstantia, le
 ge Plinium libro. 13. cap. 30. Theophrastū
 lib. 3. cap. 12. Dioscor. lib. 1.

Laurus Delphica, ex albo uiridior, maxi
 mis baccis, atq; e uiridi rubentibus. Dicta
 sic, quod uictores Delphici coronarentur
 ea, ut triumphantes Romę: unde & trium
 phalem uocabant. Ad Cæsaris Augusti
 tempora, delphicam Helianus e Theissalia
 translata Delphos, ab ipsis tempe scri
 bit, tum cum Pythius Apollo draconē sa
 gitis interfecit. Hanc Lactantius Gram
 maticus etiā Tripodem uocari dixit, quo
 niam radices ternas habeat: Apollini dica
 tam, propter uim triplicem diuinationis,
 præteritorum, futurorum, & presentium.

Laurus Cypria, breuiori folio, nigro, per
 margines imbricato, crispo, quam Laurū
 sylnestrum aliqui intelligunt.

Laurus syluestris. Lege, Laurus Cypria.

Laurus regia ea dicta est, quondam ab Au

L A

gusta, amplissimo folio, baccis arbore, & gustatu quoque non aspero. Aliqui ab Augusta Regiam dispeſcunt longioribus folijs, iatioribusque quam Augusta.

Laurus Augusta, Lege, Laurus regia.

Laurus Baccalia, Laurus uulgaris, baccisque fertilissima.

Laurus sterilis ea esse perhibetur, quæ missa olim e cælo Cæsari, altitudine minima, folio crispo ac breui, rara inuentu.

Laurus taxa, topiarum generis, excreſcente in medio folio, paruula, uelut lacinia folij.

Laurus Spadonia, opacitatis patientissima, & quæ quantumlibet sub umbra solum implet.

Laurus Alexandrina quid sit, uide apud Dioscoridem lib. 4. cap. 148.

Laurus Idæa, Laurus Alexandrina, apud Dioscor. lib. 4. cap. 148.

Lauticia, epularum magnificentia.

L A X

Lax, Dacorū lingua, syluestris Portulaca.

L E A

Leapetes, Aizoum, apud Dioscoridem lib. 4. capite. 91.

L E B

Leberides, Lege, Hispani lepores.

Lebiani, Lege, Delcani.

L E C

Lecanomancia, expeluis futura prædicit. Strabo Leconomantas, et hydromantas olim frequētes fuisse in Perside scribit.

λεκυθωδης, quasi uitellum oui referens. Sic uocatur cholera ea pallida, siue flaua, siue uitelli speciē referens. Galen. de atra bile.

λεκυθωδης, putamen oui.

Lecti pensiles, in usu olim habiti ueteribus, ut perspicere licet ex Aureliano.

L E D

λεδου, Cisti genus alterum, e quo Ladanū colligitur. Est autem frutex simili modo nascens, longioribus folijs, et nigrioribus, quæ uerno tempore quiddam habent pingue. Ceterum, modum illum Ladani colligendi, uide apud Dioscoridem libro primo, dictione λεδου. Plinium libro duodecimo, capite decimosextimo; libro uigesimo sexto, capite octauo.

L E G

Leguli, olearum lectores.

Legaria, ut inquit Varro, Gallicani uocant legumina; ideo uidelicet, quod uelluntur

L E

e terra, non subsecantur ut fruges.

Legumina, sic Aulus Gellius uocauit, quæ & nos hodie Legumina.

L E M

Lema, concreta lachryma, quæ insidens oculum oblaedit. Quidam eo nomine lippitudinem accipiunt, & oculorum sordes. Vnde uerbum λημα, quod significat oculis laborare. Sunt qui ita definiunt. Lema concretum est in oculo album humidum, quod hebetudini præuium est. Quidam ex recentioribus grana parua interpretantur, sicca, duraque in oculis quæ uisuntur, quas Gramias etiam uocamus, fierique ex arefacta lippitudine. De Gramijs uide in dictione Gramias. Item de Lemis quædam scitu digna, apud Cœlium, Lectionum antiquarum lib. 7. cap. 6.

λαιμαγχια, immodica abstinentia.

Lemnia terra quid sit, & eius iuuamenta, uide apud Dioscoridem lib. 5. cap. 104.

Lemnii sigilli terram nunquam uidi, uel globulam saltem. Nam quæ passim uenditur, nec facie, nec uiribus uere similis est. Alio qui Galeni temporibus tam apte adulterabatur, ut dignosci a legitima non posset. Manardus.

Lemnum sigillum, Lege, Lemnia terra.

Lemonion, & Lemonia, quid differat ab Scolymo, & Carduo, uide apud Dioscor. lib. 3. cap. 15.

L E N

Lenæa sacra, id est, Vinalia.

Lene, id est, Enula campana.

Lens palustris, uel Lenticula aquæ, apud Dioscor. lib. 4. cap. 90.

Lens Aegyptiaca, eadem quæ & Pelusiaca, celebrata Ouidio & Vergilio.

Lenis, uua, a Lenæo, Baccho sic dicta.

Lenticula, uitium cutis. Est etiam genus uasis, a figura dictum, ut ait Plinius, & meminit Celsus; uideturque id esse, quod Discus appellatur Dioscoridi. Lenticula uero, pro legumine, similis quidē Lenti est, sed diuersum. Quod si Theodoro Gazæ credimus, Aphacen Græci uocant. Nam Lentem non Aphacem, sed Phacon dicunt. Quin & cocta quoque Lens a Plinio Lenticula uocatur.

Lentigo, macula faciei. Serenus, Inuida si maculet faciem lentigo decoram, Nec prodesse ualent naturæ dona benignæ.

Lentiscus, arbor ex qua colligitur mastix, & trifera, græce *σχοινος*. Fructus initio rubet, post nigrescit: qui & sambuci specie in racemis dependet: folio pistacij, sed minore, per extremitatem rubente: in summo siliquæ pisorum, sed corniculi modo intortæ, in quibus resina odoris iucundi continetur. His confractis, culices euolant frequenter. Dioscor. lib. 1. Theophrast. lib. 9. cap. 12. Plin. lib. 13. cap. 24.

Lentisma, Lentiscus resnam gignit, ut inquit Dioscor. quæ Lentisma cognominatur, & ab aliquibus Mastiche.

Lentor, tenacitas, & uiscositas simplicium quorundam est.

Lentorem, uulgo uiscositatē, uocabulo barbaro appellant. Lentor, dictio est infrequens, sed oppido quam elegans, Plinianisq; splendoris. Colum. lib. 6. cap. 4.

L E O

Leo. De Leone uide Plin. lib. 9. cap. 16.

Leones, Cancrorum genus. Plinius lib. 9. capite. 31.

Leoninus lapis, Lithospermon, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 159.

Leontion, Lithospermon, apud Dioscor. lib. 3. cap. 159.

Leonides, insignis Chirurgus, citatur ab Paulo lib. 6. cap. 7.

Leontacharon, Polium montanum, apud Dioscor. lib. 3. cap. 122.

Leontice, Cacalia, apud Dioscoridem lib. 4. capite. 124.

Leontica, Glycyrrhiza, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 6.

Leontopodalon, Leonis folium: quid reuera sit, lege apud Dioscor. lib. 3. cap. 109.

Leontophonon, inquit Plinius, accepimus uocari paruum, nec alicubi nascens, quam ubi leo gignitur: quo gustato, tanta est illi uis, ut cæteris quadrupedum imperitans, ilico expiret. Plin. lib. 8. cap. 39.

Leontopodion, quale sit, uide apud Diosc. lib. 4. cap. 132.

Leontopodion, Dioscoride Leontopodalon, lib. 3. cap. 109.

Leonides Alexandrinus, citatur ab Galeno, ex ueteri Medicorum Academia.

Leontiasis, alio nomine Elephantiasis, sic dicta, quia eo morbo correptis, leonis modo facies corrugatur.

Leontomiges, canes Arcades, ex canibus

& leonibus prognati. Pollux.

Leontophonon, herba quæ gustata, leonis, ut inquit Aristoteles libro de Animantibus, necem affert.

λεώνεντα, id est, trita.

L E P

λεπὴ, id est, putamina.

λεπιδόχαλκου olim uocauerunt, quæ nos hodie uocamus Squamam æris.

Lepides. Vide, Porrigo.

λεπίσμο, cortex.

Lepidion, quid ab Hiberide differat, uide apud Manardum libro nono Epistolarum, epistola tertia.

Lepidium, idem quod Gingidium, alias Hiberis, apud Paulum Aeginetam. Lepidium uocata est ab eo, quod lepidas & maculas in facie detergit, atq; repurget. Tractatur ab Dioscoride lib. 2. cap. 193. Plin. libro. 19. cap. 8. lib. 20. cap. 17.

Lepidion quibusdam est Nasturcium, uel Raphanus. Vide de hoc sententiam Manardi lib. 9. Epist. Epist. 3.

Lepides, uel λεπίδες, Porrigo. Lege quid sit Porrigo.

Leporaria, affectio ea, quæ græce alias λεγοφθαλμία

λεπος, corium, cortex, & cutis.

Lepra, est coloris mutatio in eum, qui est præter naturam, cum asperitudine & pruritu, & laboribus, & squamis. Interdum hæc non accidunt: interdum plures corporis partes depascuntur.

λεπτόφυλλος, habentes tenuia folia.

λεπτοντικός, extenuatius.

λεπτοκάρνα, id est, nuces auellanae.

Leptinij. Lege, Delcani.

Lepus terrestris, græce λεγώς ή λέγως χερσαίος & a stupore atq; metu. πῆξ, & ab dormiendi habitu, δερκευμένος Nicædro.

Lagides quoque Strabo eos uocauit. Genus leporum triplex: Italicum, Gallicum, siue Alpinum, & Hispanum, qui toti sunt candidi. Aristoteles & Iulius Pollux Leporem etiam Dasipodem uocari tradunt. Alij distinguunt Dasipodem a Lepore. Inuenitur & Chelidonia cognatum genus quoddam Leporis a Diphilo. Sunt & qui Plinium accusent, quod Leporem alium a Dasipode uideatur habuisse. Nec intelligunt genus quidem unum ambobus esse, sed discriminis tamen aliquid inter eos non

tari posse. Nam illud quod a Plinio dictū, uideatur esse Leporis coagulū, inutile Dasipodi præcipuum, Lectiōem Barbarus arbitratur corruptam, ut in annotationib. libri eius undecimi. Nec illud tamen inficias eundem est, confundi sepe nomina, ut & Leporem pro Dasipode, & contra pro Lepore Dasipodem, Lepores appellasse uideamus.

Lepus. Vide Plin. lib. 8. cap. 55.

Lepus, piscis marinus, in mari Iudico. Plin. lib. 9. cap. 48.

Lepores Hispani. Lege, Hispani lepores.

Lepyria, febris quæ stomacho sacris ignib. correpto prouenit.

L E S

Læsisio humani corporis est, qua corpus ipsum in operatione sua naturali, uitali, uel animali exercenda læditur. Et Læsisio ipsa est triplex. Vna connaturalis, uidelicet, quæ e cœlesti constitutione contrahitur, ut claudicatio, cæcias. Alia non connaturalis, quæ sua diuturnitate potius habitus quidam existimatur, quales sunt podagra, chiragra, ethica, φθίσις, cancer, σπασμός, & id genus aliæ. Tertia, quæ ex perniciosissimis humoribus contrahitur.

Lestitis, Aristolochiæ species tertia, de qua uide Dioscor. lib. 3. cap. 5.

L E T

ληταργία, ἐναυτιον πάθος ἐστὶ τῆ φρενίτιδι, καταφορὰ γὰρ ἐστὶ βατῆα. Vel sic, ληταργία ἐστὶ καταφορὰ δις διέγερσι, ubi differentiā facit inter καταφορὰν, quæ est commune quoddam mali soporis genus; Lethargus uero inexpugnabilis in soporem delatio.

ληθαργία, sic dicta ab obliuione, passio puppis cerebri, obliuionem menti inducens, atq; oppressio cerebri, cū extinctione evaporationū. Auicenna uocat Subeth. Celsus Veternum. Vnde Veternosi, qui graui premuntur somno; tamen si secus uideatur Seruio, Donato, & Festo. Verum de hoc disceptent alij.

Lœtalia medicamenta, cuncta illa dicuntur, quæ in medicina quidem esum aliquem habent, per se autē lœtalia sunt, qualis Apollinaris herba, Cicuta, Mandragra, Spuma argenti, & reliqua.

L E V

λευκά, alba, leuia emplastra, fere non gra-

uibus uulneribus accommodata.

λευκώματα, oculorum albugines.

λευκάκανθα. Vide, Rhamnum.

Leucacantha, siue Leucacanthos, ab Acantha leuce differt: priorem græce Plinius fere appellat, posteriorem latine spinam candidam, id est, Acanthā leuce. Historia est apud Dioscoridem lib. 3. cap. 21. Plinium libro uigesimo secundo.

Leucacantha, Phalangion, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 121.

λευκάλφιτ, sic quondā dicta Eritrea Euboie ciuitas, id est, candida, insignis farina.

Leucantheon, Parthenium, apud Dioscor. lib. 3. cap. 156.

Leucantheon, Anthyllis, apud Dioscor. lib. 3. cap. 154.

Leucanthon, Oenanthe a Dioscoride libro tertio, cap. 134.

Leucas, quæ herba sit, uide apud Dioscor. lib. 3. cap. 112. Plinium lib. 19. cap. 5. lib. 27. capite undecimo.

Leuce, est corporis mutatio præter naturā in album.

Leuce, Androsace, apud Dioscor. lib. 3. ca. 151.

Leucoion, Leontopetalon, apud Dioscor. lib. 3. cap. 109.

Leucius Medicus, citatur ab Aecio sermone, 12. cap. 42.

Leucographis, Lege, Orminon. Item, Leucographis, lapis Morochthus, apud Dioscoridem lib. 5. cap. 143.

Leucoia, candida uiola hoc nomine nuncupatur: nam Græci leucon, candidum, & ion uiolam dicunt. Columella lib. 9. ca. 4.

Leucomata, maculæ in oculis profundæ.

Leucomenides, Lege, Menas.

Leuconotos, uentus flans ad dexterā ipsius Austri, Vitruuius.

Laucophlegmantia hyderos, aquæ intercutis species.

Leucorodius, alba ardea, interpretatione Theodori Gazæ.

Leuisticum, id est, ἄγνος, uel uitex. Existimo legendum, Ligusticum, quod & Hermolao Barbaro, & M. Vergilio uidetur.

Leucrocota, perniciosissima fera, asini fere magnitudine, cruribus ceruinis, collo, cauda, pectore leonis, capite cameli, ore usq; ad aures rescisso, dentium ordine perpetuo. Plin. lib. 8. cap. 21.

λευκνθος τὸ ὠδ, luteum oui.

L I

L E X

Lexipyretas medicinas nominant, quæ fe-
bres finiunt, ἀπὸ τῆς λέγειν τοῖς πυρεπῆς.

L I B

Libadion, Centaurium minus.

Libanotis, id est, Rosmarinus: cuius gene-
ra diuersa, require apud Dioscor. libro. 3.
cap. 86. Plin. lib. 19. cap. 12. & inibi scripto-
rum commentarios.

Libanotos, Lachryma thuris Galeno dici-
tur. Euripides contra, Libanū pro lachry-
ma, Libanoton pro arbore thuris accepit.
Lege, Rosmarinus.

Libanotis, Conizæ species tertia, apud Dio-
scoridem lib. 3. cap. 137.

Liber, pars corticis interior, quæ ligno ad-
hæret.

Libera, dea est, per cuius beneficium foemi-
næ emissis in coitu seminibus liberantur.
unde & nomen. Quam etiam Venerem
esse putant. Autor Augustinus libro. 6. de
Ciuitate dei. Quidam autumant Liberam
esse uxorem Liberi patris, hoc est, Bacchi.
Numen utriusq; in Bacchanalibus cele-
bratur. Colum. lib. 12. cap. 18.

Libium. Lege, Juniperus parua.

Libyca citrus. Lege, Malus medica.

Liburnia, Argemone.

Libyon, Lotus urbana, apud Dioscoridem
lib. 4. cap. 112. Vocatur & syluestris.

Libysticum, uulgo Leuisticum.

L I C

Lichas appellabant eas dimensiones, quib.
pollex explicatur & index.

Lichen, qui faxis familiaris est, aliquibus
Bryon appellatur. Dioscor. lib. 4. cap. 56.

λεῖχην, ἦνος, impetigo, summeq; cutis asper-
itas, cū multo pruritu. Lrge, Mentagra.

λεῖχῆνες sunt in equorum genibus, & super
ungulas indurati calli. Diosco. lib. 2. Plin.
lib. 28. cap. 16. Aliter Barbarus. Lichen est
os dentibus caninis simillimum, in genib.
et super ungulas animalis eius agnascens.
Sunt & limi arborum Lichenes. Et herba
eius nominis Lichen, Græci & impetigi-
nem Lichenas uocant.

Licion, medicamentum, cuius descriptio-
nem uide apud Plin. lib. 12. cap. 7.

Licoftonia, herba ex etymo nominis sic di-
cta, qm̄ si lupi eam attigerint, moriuntur.

L I E

Lien capræ, secundum Prophetas, quos alij

L I

Magos interpretantur, Malua hortensis.
λειεντερία, ἀπὸ τῆς λειεντερείω, id est, laboro
fluxu intestinorum.

Lientericus, qui alias & Aluinus.

Lienes animantiū, qui esui apti, & qui non.
Galenus libro de atra bili, fol. 328.

L I G

Ligamentum, est proprio, nō communi uo-
cabulo, corpus neruofum, ex osse quidem
minimo ortum habens, in diuersam autē
materiam transiens, aut in os, aut in muscu-
lum. Galen. lib. 1. de motu musculorum.

Ligean Græci uocant & arborē, & quod-
dam herbæ genus, quod, ut inquit Athe-
næus, in nidos suos parituri cygni inferūt.
λιγίσματα ἀόθρων, fracti articuli, Græci λε-
γίσματα ἀνακλάσεις. Sūtq; illis ἀνακλέ-
σεις, quæ fracta inflectuntur magis, quam
a sua continuitate separentur.

Ligneum putamen nucis, quod nucleū nu-
cis inmediate continet.

Lignū uocatur, qd' ex neruo est et humore.

Lignum Gallicum, apud Palladium, aut
Laricē accipere oportet, aut ei simile quid,
ut inquit Hermolaus Barbarus.

Ligon, ferramentum est rusticum, a legen-
do dictū. Namq; eo propter latitudinē id
quod sub terra est, facilius legitur. Vlpia-
nus inter instrumenta fundi, quæ culturæ
utilia sunt, enumerat ligones. Columella
lib. 2. cap. 16.

Ligula, nomen est mensuræ paruæ, instar
cochlearis, a linguæ similitudine Ligula di-
cta. Quidam Grammatici pertinaciter cō-
tendunt, Lingulam debere dici potius, q̄
Ligulam: quos hoc disticho taxat Epigrā-
matista. Quamuis me ligulam dicant equi-
tesq; patresq; Dicor ab indoctis lingula
grammaticis. Plinius lib. 20. Sunt qui co-
mitialibus morbis dandum putāt Ligulæ
mensura. Ligulam quoq; dicimus uincu-
lum calceorum, de qua Iuuenalis,
Et ligulas dimittere sollicitos. Ligulam
item dixerunt ueteres gladiolum oblongū,
in speciem linguæ factum. Columella lib.
12. capite. 22.

Ligusticum, est olus, siue herba hortensis, a
Liguria nominatum. Plin. lib. 19. Ligusti-
cum syluestre est in Liguria suæ mōtibus,
seriturq; ubiq;: suauius satiuum, sed sine ui-
ribus. Panacem aliqui uocāt. Apitius con-
dimentis apitianis frequenter immiscet Li

L I

gusticum, Columella libro. 12. capite. 56.
Ligusticum, Galenus unius literæ inuer-
 sione, **Lybisticum** appellat, de quo Diosc.
 lib. 3. cap. 56.

Ligustrum quidam existimauerunt esse, que
 apud Plinium **Cyprus** uocatur, libro. 12.
 capite. 24. arbor est oliuæ, folijs circum ra-
 mos latioribus, mollioribus, & uirentiori-
 bus: flore candido, muscoso, odorato: semi-
 ne sambuci, nigro. Forte illud est, quod
 Mauri uocant suum **Alcanna**, Seruius Gram-
 maticus Commentario in secundam Eclo-
 gam Vergilij Bucolicorum, **Ligustrum**,
 inquit, flos est candidissimus, sed uilissimus:
 tantum refert cum Grammaticis etiam ali-
 arum literarum esse peritum. Sunt qui Con-
 uoluoli hunc florem existiment. Sed qui
 tandem uerius existimarint, non uideo. Certe
 dum Grammaticos & Medicos quamplu-
 res perquirimus, tamen nemo eorum ad-
 huc mihi demonstrare ualuit, quod nam
 uerum sit **Ligustrum**. Tametsi Vergilius exi-
 stimat in Cisalpina Gallia esse notissimum,
 & Hetruria adhuc corrupta uoce uocari
Ruuisticum, sine labore cognoscendum in
 sepibus Maio mense, cum floret, autumno
 autem cum maturis baccis nigrescit.

L I L

Lilieta, loca in quibus crescunt lilia.
Lilinum unguentum, id est, Liliorum.
Lilion, **Lilinum**, **Lirinum**, & **Lirinum** oleum,
 id est, **Susinum**, uel **Liliaceum**. Barb. Co-
 roll. 64. lib. 1.
Liliorum diuersa & genera, & nomina, ui-
 de apud Barb. in Coroll. Liliorum.
Lilium, uulgaris noticiæ, describitur ab Di-
 oscoride lib. 3. cap. 115. Plinio lib. 21. cap. 5.
 Theophrast. lib. 6. cap. 6.
Lilium marinum, **Lilium syluestre**, apud
 Dioscor. lib. 3. cap. 138.
Lilium Conuallium, magna pars herbariorum
 interpretatur teutonice, **Meybluomen**.
 Alij flores liliaceos, teneros. Herba quæ
 lupulorum more & uitium arbores, & al-
 tiora quæq; scandit, odore non inuocundo,
 & nescio quid aromaticum redolente.

L I M

Limax, **Lege**, **Cochlea**.
Limnesium, **Centaureum magnum**: sic di-
 ctum, quod secundum paludes, quas Græ-
 ci **λίμνας** uocant, aquarumq; scatebras in-
 nascitur, Dio. lib. 3. ca. 7. Alias **Limnestis**.

L I

Limonion, **Beta syluestris**, apud Dioscor.
 lib. 4. cap. 19.

Limoniū, **Aecius** interpretatur **Cynoglos-
 son**, serm. 10. cap. 8.

L I N

Linaria in Herbario nostro attigimus ger-
 manico. Quidam **Linum** syluestre interpre-
 tantur, luteis floribus, formam galeæ ha-
 bentibus, cætera **Lino** non dissimile. Sunt
 qui alterius speciei faciunt, & inter esulas
 referunt.

Lincurium, **succinum**, siue **electrum**, secun-
 dum **Aecium** serm. 11. cap. 12.

Lingua, uenosa, & carnosæ, subpinguis qui-
 dem, humorum sensoria, deglutioni cibo-
 rum subseruiens. Galen. de Definit.

Linguam incōtinentem Medici appellant,
 quæ infirma est, ita ut non possit integre
 dearticulare uocem, aut immobilem, aut
 omnino resolutam.

Lingua bubula, **Buglossa**, apud Dioscor. li-
 bro. 4. cap. 129.

Lingua ceruina, **Pteris femina**, uel **Thely-
 pteris**, apud Dioscor. lib. 4. cap. 197.

Linguae retractio, uicium quod græce uo-
 catur **ἀνεκλόγλωσσον**.

Linguae tumor quomodo curandus sit, uide
Galenum Methodi lib. 14.

Lingula, diminutiuum a lingua: uideturq;
 significare hic lignum, uel lapidem conca-
 uum, quia aqua, uel uinum confluit.

Lingula, ipsa **Epiglottis**.

λίνοκαλαμός, **Linum**, aut cum culmis suis
Linum.

λίνον ἄγριον, idem quod **Linum satiuum**. Sed
 ideo dictum agreste, quia in agris seritur,
 non quia duorum generum sit.

Linospermon, **Lini semen**.

Linozostis, **Cynia**, uel **Cynocrambe**, apud
 Dioscor. lib. 4. cap. 202.

Linozostis, **Apium syluestre**, **Raphani syl-
 uestris** generis, apud Dioscoridem lib. 4.
 capite. 187.

Linozostis, **Mercurialis**, apud Dioscoridē
 lib. 4. cap. 201.

Linum, **Thymelæa**, apud Dioscoridem li-
 bro. 4. cap. 183.

Linum, & plantam significat, & folia, quæ
 ex **Lino** fiunt, uulgo notissimum.

L I O

λίον, non semper id significat, quod pilis ca-
 ret, sed interdū, & forte magis proprie id,

L I

quod non est aspersum & prominulum.
Manardus libro. 12. epliftola. 6.
Lioftrea, Lege, Chamæ.

L I P

λειποδερειά, genitalis glandis cuticulæ con-
tractio, ut non amplius operiat glandem.
Quod interdum morbo fit: interdum περι-
ριτομή, ut in Iudeorum gente humana in-
iuria. Vnde λειποδερμοι, qui pelle in ea
parte carent.

λιπαρά, emplastra. λίπα enim græci ole-
um, adipem, unguentūq; omne appellant.
Idq; Homerus multis in locis testatur. Cel-
sus leuia emplastra nominat, ab euentu &
potestate sua indicans: quemadmodū græ-
ci, a substantia quæ præcipue constarent.

λιπαρομ, id est, pingue in ipsis herbis.

λιπαρώτερα, pinguiora.

Lipodermus, est defectus & penuria pellis
eius quæ penem uelat, adeo, ut ea non pos-
sit distrahi.

λειποθωμία, animæ defectus, uel omnis ex
quacūq; causa factus animi defectus.

Lippitudo, est membranæ quæ Ceratidi tur-
nicæ adhæret phlegmone. Quamuis ex ac-
cidentibus oculi morbus esse uideatur.

λιποψυχία, defectus, uel deliquium animi.

λιπύρια, febris ualde maligna, & quæ pro-
fundissime putrit, eute refrigerata. Lege,
Febris.

λιπαράσ, lenia quædam emplastra uocant,
Celsus libro. 5.

L I Q

Liquamen purissimum, quod fluit ex Gari
coctione.

Liquamen fociorū. Lege, Garrus latinum.

Liquaminarij, Gari concoctores.

L I R

Lirium, id est, liliaceum unguentum, Sed
& succus floris sic uocatur.

L I T

λιθωνικοί, calculosi.

Lithargyros quid sit, uide in dictione, Spu-
ma argenti.

Lithargyrum, Glett.

Lithiasis, est calculi in uesica generatio, pro-
pter quam urinæ excretio prohibetur. A-
liter, Lithiasis est affectus qui uesicæ disten-
siones adfert. Distenditur ipsis coles, &
præputium frequenter attingunt. Obo-
riuntur autē eis difficultates mingendi, cum
lapis productus recrementi uias obturat,

L O

λιθοιδέα, ossa petrosa circa auditorios mea-
tus: a petre duricie sic dicta.

λιθοτόμου, instrumentū quo calculus in ues-
fica exciditur, indidit illi nomen Paulus
libro. 6. capite. 60.

λιθότομος, peritus lapidem excidendi.

Lithocolla, Glutinum quo lapides coniun-
guntur. Dioscor. libro. 5. capite. 155.

Lithospermon quid sit, uide apud Dioscor.
libro. 3. capite 159.

λιθουλκόν, instrumentum quo calculi in ue-
sica extrahuntur. Sic enim appellat Pau-
lus libro. 6. capite. 60.

L I V

Liures oculorum, Græce ὑπόπια.

L O B

λοβοί, aurium summitates.

Lobos, Spartum apud Diosc. lib. 4. ca. 160.

Lobus, uel Græce λόβος, cortex, uel pileo-
lus in quo semen est, uel granum seminis,
uel cutis, uel id quod alio nomine λεωός
uocatur Græcis.

L O C

Loca salubria, & insalubria quæ sint eligen-
da in regimine sanitatis, & extruendis ædi-
bus, omnium doctissime disseruit Vitru-
uius libro. 1. capite. 4.

Locī, & Locelli, uulua muliebres. De qui-
bus alias.

λόχεια, fluor ille in partu. Veteres purgatio-
nem, non simpliciter euacuationem appel-
lauerunt. Gale. de atra bile.

Locis foemina, id est, genitalibus, & natura
libus æque. Locos proprie appellant geni-
talia mulierum. Plinius. Foeminis eadem
omnia, præterquam uesicæ iunctus utricu-
lus. Vnde dictus uterus, quod alio nomi-
ne locos appellant, hoc in reliquis animal-
ibus uuluam. M. Cato. Mulier si eo lotio
locos fouebit, nunq; hi uitiosi fient. Corn.
Celsus. Quæ locis laborat, aut difficulter
partū edit, sternutamēto leuatur. li. 6. ca. 26

Locos item tum ueteres, tum recētes medi-
ci, corporis particulas appellare consueue-
runt. Gale. lib. 1. de locis affectis.

Loculamenta, Loculi sunt, & receptacula
quæ apud nos fiunt uimineæ, & ordine col-
locantur in peristerotrophio, in quibus ni-
dificant columbæ. M. Varro Loculatas
piscinas decenter appellat, quibusdā quasi
loculamentis distinctas, ubi dispares dis-
clusi pisces habentur. Colum. lib. 8. ca. 8.

L O

Locus, est extrinsecus terminus corporis, alterum continentis.
Locus communis, est qui multa continet, quibus immediatus non est.
Locus proprius, est terminus corporis continentis, continuo immediatus.
Locustæ, pisces reptantium modo fluitant. Plin. libro. 9. capite. 30.
Locustas intelligimus, quæ sunt in genere sectorum, quas Græci ἀκρίδαο uocant, de quibus multa Plin. noster in undecimo. Ecclesiastici conditores memorant, olim locustam execuissse totā Aegyptum. Olim a Lacustis ciuitas in Africā pulsa est. Alias Locustæ sunt pisces. Fuit & Locusta fœmina uenefica, cuius Tranquillus, Tacitus, Iuuenalis commemorerunt. Colum. libro. 9. capite. 11.
Locustam præter uulgarem, notamq; significationem, Chrysostomus, & quidam ex ueteri Theologorū schola, deserti animal esse uoluerunt, quod edendo tamē fuerit: aliud autē ab locustis nostris. Mirum quid sibi persuadet humana prudentia, modo ut nihil nescisse uideatur: quasi uero non & Africā tota, potissimum apud Leptim, huiusmodi ferat locustas, quas uulgo oēs cōmendant. Plin. autor est, totam Aegyptum, & uniuersam Iudæorū gentem locustis uesci, sale etiam, & fumo induratis: unde nomen illis indiderunt, Diodorus siculus, & Strabo ἀκρίδοφαγισ. Est & herbe nomē Locusta, cui nomina, Locustæ pes, siue Repunculus, seu Napunculus, folio angusto, sed desinente in mucronem, cauliculis uertice torulos habentib; ut in Asparago, & Salictario lupo cernitur. Itemq; multi lateris: ex quibus minores alij, alterno semper inguine profiliunt. Radicula uel diuicū, lautiorumq; mensis petita. Rapiisti quidem sapore, non tamen ad ructus illiberali, ac fatui omnino gustus, sed cum aceto & sale nō iniurcundus. Semen ei tam exile, ut cerni oculis uix queat. Alij pedē Locustæ pro Blito, aut ualde simili herba capiunt in Arabicis scriptoribus. Locustarum etiam nomine ueniunt paniculæ in auena propendentes.

Locythus per γ, uitellū ouis: per ι, putamen lentis: per η, ampulla, uel guttū olearium.

L O G

λογιστική, uis ipsa animæ rationalis.

L O

L O H

Lohos, est syrupus inspissatus, ad modum electarij, uiscosus, & qui lambi potest: id quod Græce Eclegma: siue ut alijs placet, confectio uiscosa & mucilaginosa.

L O I

Loion, frumentū ipsum adhuc herbidum, quomodo est cum per hyemem in campis uiret.

L O L

Loligo, piscis. Plin. libro. 9. cap. 29. pedes habet duos.

Lolligo. Lege, Sepias.

Lolliguncula. Ibidem.

Lolium inter uitia potius frugum censetur, teste Vergilio. Nascitur e tritici & hordei corruptis granis. Ideo in segetibus maxime cernitur. Adferunt quidam & e corrupto lino seri, & interdum extra segetes, in alienis agris. Græce apud Dioscor. inscribitur ἀίρα: etiam si apud Plin. aliud uidetur esse æra, lolio alioqui nō dissimile.

L O M

Lomentum, uocatur Creta, qua fullones in albis & poliendis uestibus utuntur, Gnaphalion, & Gnaphalis græce. Sed & fabacea farina lomentum est, quod Aecius fabam nominat plærumq;.

Lomentū, etiā panis ex faba. Plin. li. 18. c. 12.

L O N

Longanon, intestinū rectum. Sic em Alex. Benedictus appellat. Varro uero Longa, nostri Longaonem.

Lonchitis, nō ut pleriq; eadē cum Xiphio, & Phasgano, quamq; semine cuspidaceo, radicibus prælongis, describitur ab Dioscor. libro. 3. capite. 162.

Lonchitis, Asplenion apud Dio. li. 3. c. 152.

Lonchitis, Limonion apud Dioscoridem libro. 4. capite. 19.

Longurius. Pertica longior.

Longi morbi. Lege, Morborū quidā. &c. & Morborum differentias.

Lonchitis aspera, Lonchitidis species altera apud Dioscor. lib. 3. cap. 163.

Lontitis, Aristolochiæ species tertia, de qua uide Dioscor. lib. 3. cap. 5.

L O P

Lopta, Onobrychis apud Dioscor. lib. 3. ca. 171

L O R

Lora. Lege de hac in dictione: Pusca, uel Pusca.

L O

Lorea, & Lora fit, maceratis aqua uinaceis.
Lordosis, Græcæ λορδωσις, est excavatio,
uertebraarum: proprie luxatio.

L O T

Lotium, id est, urina.

Lotus Libyca, Lotus syluestris apud Dio-
scor. libro. 4. capite. 113.

Lotus magnus, Cytisus apud Dioscoridē
libro. 4. capite. 114.

Lotus urbana, nascitur in hortis, alias fatiua
dicta apud Dioscor. lib. 4. cap. 112.

Loton, Africa gignit insignem arborem,
quam uocant Celtim. Præcipua est circa
fyrtes Nasamonas. Magnitudo quæ piro:
quamq; Nepos Cornelius breuem tradat.
Incisuræ folio crebriores: alioquin Illicis
uiderentur. Lege. Plin. lib. 13. cap. 17.

Lotus arbor est uastæ magnitudinis, ut in-
quit Dioscorides, ferens baccā pipere ma-
iorem, dulcem, graui odore, stomacho faci-
lem. Sunt & herbæ eius nominis complu-
res. Latini Celtim hodie uocant, itemq;
Græcam fabam, uel Syriacam fabam, &
Anacacabeam. Lege Dioscor. lib. 1. The-
ophrast. lib. 4. cap. 10. Plin. lib. 16. cap. 31.
Hermol. Barb. inibi corollarium, Strabo.
libro. 17. Gale. libro. 7. capite. 88. Quidam
& herbam, & semen Fœnugræci Lotum
uocant.

Lotus syluestris quæ sit, uide apud Diosco-
ridem libro. 4. capite. 113.

Lotus quondam etiam nota Italiæ. Auicen-
næ, & Serapionis lapsus in ea arbore, ad-
notauit Manardus. lib. 9. epist. 3.

Lotus Aegyptia, herba. Aegypti uernacu-
la: de qua plura apud Dioscor. libro. 4. ca-
pite. 115. Plin. lib. 23. cap. 17. lib. 22. cap. 21.
lib. 21. cap. 17. lib. 13. cap. 7. 8.

Lotura plumbi, quid sit, uide Dioscoridem
libro. 5. capite. 86.

L O X

λοξοβάται, oblique ingredientis.

L V C

Lucæ, sic olim appellati sunt boues primū
in Lucanis uisi. Plin. lib. 8. cap. 45.

Lucerna, piscis ex argumento appellatus,
linguaq; ignea per os exerta, trāquillis no-
ctibus relucet. Plin. lib. 9. cap. 27.

Lucernula, Lychnis apud Dioscoridē li-
bro. 3. caite. 113.

Lucas primum medicus Atheniensis, ut ei-
us Euangelii indicat, Inde Apostoli Pau-

L V

li sectator & comes, factus ex corporaliū
morborum curatione, animorum quoq;
& spiriuiualis curator & medicus. Descri-
psit eius uitam diuus Hieronymus.

L V M

Lumbago, affectio lumborum, calculo co-
gnata. Meminit Plin. lib. 28.

Lumbus uitium. Membra hominis & par-
tes ad alias quoq; res decenti translatione
transferuntur. Nam montib. persepe poe-
tæ dant caput, humeros, pedes. Nec Colu-
mella in Vitib. lumbos & humeros inde-
center appellat eas partes, quæ si uitem me-
tiaris ut hominem, obtinent uicem lumbo-
rum & humerorum. Consimiliter Plinius
dat uitibus digitos, pollices, caput, crines,
alia quoq; humani corporis membra. Idē
tradit, ab humeris arborū surculos peten-
dos esse ad insitionem. Columella libro de
Arboribus, capite. 3.

Lucubratiō uespertina. Rustici duas habēt
lucubrationes, easq; maxime noctibus hy-
bernis: alteram uespertinam: alteram ma-
tutinam, quam antelucanam uocant. quia
ante lucem euigilant. Literatis quoq; con-
similes sunt lucubrationes, magna tamen
dissimilitudine disparatæ. Siquidem rusti-
ci lucubrantes rusticana opera efficiunt &
uilia, Literati uero diuina & immortalia:
illi corpus, hī ingenium exercent: illi ma-
nus mouent in canabe, & lino, & materia,
hī inter chartas & calamos scriptorios
sunt occupati, qua occupatione nihil hone-
stius, nihil potest esse præstantius. Colum.
libro. 11. capite. 2.

Lumbrici, rotundi uermes sunt, qui ut mul-
tum abundant in pueris, in gracilibus inte-
stinis, interdum in superiorem uentriculū
ascendentes, per os etiā euomuntur & per
nares, infantibus peculiare et quotidianū.

Lumbrici lati, dicuntur tertium genus uer-
mium, qui in uentre nascuntur, adeo longi
interdum, ut totius intestini longitudinē
æquent: uocari a quibusdam fascias Gale-
nus tradit, & Tinas. Ex hoc genere ue-
rissimile est Plinium dixisse, triginta cubito-
rum tineas uentris aliquando uisas. Omni-
um generum causam & originem plæ-
rumq; esse dicunt ex cruda causa, pituito-
saq; materia, qualis in pueris colligitur, &
in maiori etate his qui ultra satietatem ues-
cuntur.

L V

L V N

Luna, Chymistis, Argentum.
Luna silens, i. coiens, hoc est, Interlunium.
Lunaria, herbe nomen, sed quam nondum uidi. Mira de ea fabulantur Herbarij: quæ tamē an ita habeant, ut nō inficior, eo procliuus crederem, si eius rei periculum aliquod aut ipse fecissem, aut ab alio uidissem. A Mercurio exhibitam primū, Marsilius Ficinus est autor lib. de triplici uita. 3. capite. 14. caruleis, atq; rotundis folijs. Fertur crescente luna, unum quotidie producere folium, decrescente luna deponere, et annos utenti promittere, lunares.

L V P

Lupa, Ricinum, uel Cici, apud Dioscoridē libro. 4. capite. 167.
Lupha, Syriace Aron.
Lupus. De natura Luporum uide Pliniū lib. 8. cap. 22. & Solinum, cap. 8.
Lupos Ceruarios, Gaza ait Græcis θῶας uocari.
Lupus piscis marinus laudatissimus, candidus, molliq; carne, Plinius libro. 9. capite. 16. & 17.

Lupus repticius. Lege, Lupulus.
Lupus salictarius. Lege, Lupulus.
Lupum, appellant hulcus aliud a formica, non ualde dissimile: nisi quod non faciem sicuti illa, sed inferiores partes, præcipue autem crura infestat, celerrime depascens, et quasi lupus famelicus, proximas sibi carnes exedens. Quod & dubie procul de genere est phagædenarum, a magis exusta tantum materia factum, et propterea uelocius obambulans.

Lupus macedo, uiguit, ut inquit Galenus, propter nouitatis gratiam, & ueluti oraculum quoddam ex adytis loquens. Libro de naturalibus facultatibus primo.

L V R

Luridus dicitur, qui supra modum pallidus est. Sic inferiorū animas interdum uocant hoc epitheto Poetæ.

Luridus color. Lege, Fuluus.

L V S

Luscioli, siue ut quidam pronunciant, Lusciosi, sunt qui etiam Musticiosi Festo nominantur, qui propter uitium oculorum parum uident.

Lusius Medicus, scripsit libros tardarū passionum, ut inquit Aurelianus lib. 2.

L Y

L V T

Lutarius, uilissimi generis pisciculus, ex Mullorum genere.

Luter. Lege, Fiber.

Lutra, uel græce λούτρα, quæ lauandis corporibus parantur balneæ. Lege, Fiber. Simile item fere animal Castori, aquaticum. Plinius libro. 8. capite. 30.

Lutrix, Ernydrius coluber. sic enim Gaza interpretauit.

Lutū Veneris, Dipsacos, Cardus fullonū.

Luteum ouii, id est, uitellus, quem & Græci λεκυθον, modo χεύσομ uocant, Hippocrates etiam χλωρόμ.

Lutum Vulcani, id est, hordeum. uocabulum chymistarum.

L V X

Luxata, græce σρέμματα dicuntur, cum suo loco mota ossa, legitimi naturæ in ea parte motus, cum dolore reuocantur.

L Y B

Lybiestafon, Glycyrhiza. Dio. lib. 3. ca. 6.

L Y C

λυκανθρωπία, humanæ mentis alienatio ex atre bilis furore, adeo ut per noctem domo egressus, qui hoc malo laborat, lupos incutis imitatur, donec matutinū illucescit, atque tum ad sepulchra mortuorū reuertitur. Sic dictum hoc malum, a lupis, quos græci λύκους uocant. Curandum est hoc malum eadem ratione qua & melancholici curantur. Numerauerunt ueteres græcorum medici has mali eius notas: Pallorem, oculorum siccitatem, uidendi imbecillitatem, siccissimam linguam, nullam saliuam in ore, sitim, & sine remedio exulceratas tibias, quod crebra per noctem eius partis offensione fit. Vide Paul. li. 3. ca. 16.
Lycantheon, Smilax apud Dio. li. 4. c. 145.
Lycaon, colorem mutat periclitata: cui iubata traditur ceruix. Plin. lib. 8. cap. 34.

λύκον, id est, araneus.

Lychene, Rubus apud Dio. lib. 4. ca. 147.

Lychni fictiles, per noctem lucentes, monomyxi, dimyxi, trimyxi, polymyxi, id est, angulorū & luminum unius, duorum, trium, plurium: uiolæ similis, quo corollæ factitantur. Vide Dioscor. lib. 3. cap. 113.

Lychnis, Hippoglossum apud Dio. l. 4. c. 133

Lychnis, alia ab Hippoglossum apud Dioscoridem libro. 4. capite. 134.

Lychnis coronaria, flore albo,

L Y

Lychnis sylvestris quid sit, uide apud Dioscoridem lib. 3. cap. 114.

Lychnis agria, **Leontopetalon**, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 109.

Lychnis, lege, **Rosa lychnis**.

Lychnitis, **Verbasci** generis, & eius species tertia, apud Dioscor. lib. 4. cap. 105.

Lycapfos, **Anchusa**, teste Aecio sermone 10. capite. 11.

λύκιο, arbor est spinosa, ramis trium cubitorū, aut longioribus: folijs buxi, densis: fructu piperis, nigro, leui, amaro, denso: cortice pallido, non dissimili lycio madefacto: radicib. multis, obliquis, lignosis. Sic dictum, ut putat Plinius, quia probatissimum ex Lycia quondam importabatur. Plinius lib. 24. cap. 14. Dioscor. libr. 1. De Lycio alias etiā in Rhamno diximus. Vide Rhamnum.

Lycophryx, **Artemisia**, apud Dioscor. lib. 4. capite. 125.

Lycopsis, **Anchusa**, apud Dio. lib. 4. ca. 29.

Lycoscytalion, **Sesamoïdes**, apud Dioscor. lib. 4. cap. 153.

Lycostonon, **Aconitum**, apud Dioscoridē lib. 4. cap. 80. sed eius altera species.

Lycus Medicus, Anatomicę studiosus, scripsit Commentarios prolixos, propemodū quinq; milia uersuum amplectentes, sed multis errorib. scatētes. Gale. Anato. li. 1.

L Y G

λυγμός, singultus. Cuius cum diuersæ sint causæ, ad libros Medicinæ remittimus.

λύγος, ἀπὸ τῆς λυγίζειν, id est, flexibile. Est autem uitex, uel Agnus castus. Alias & Aegylis.

λυγνός τῆς ὑγρᾶς πύκνης, id est, fuligo liquida picis. Incensionem eius lege apud Dioscoridem lib. 1.

Lygos, **Spartum**, apud Diosc. lib. 4. ca. 160.

L Y I

λύειν, μαλάττειν, ἢ ὑπάγειν γαστέρα, id est, uentrē soluere, uel ducere. Vna & eadem omnium uerborum ratio est, et quod inter ea discrimen intelligitur, in quantitate & impetu tātum est. Minus enim mollire q̄ soluere, & utroq; maius deicere est, quod tria illa significant uerba. Quod autē ἐν κοίλιον dicitur, eam significat aluum ex nominis cōpositione, quæ medio, & quomodo natura exigat habitu, nec cesset, nec citatior feratur. Quam nominis uim, compositi-

L Y

tionemq; eius, nos securi, bonam facere aluum cerasia.

L Y N

Lyncurium gemmam esse contendunt, quæ fiat ex urina Lyncis, sed egesta, terra protinus bestia operiente eam, quoniam inuideat hominum usui. Esse autem, quasi in igneis succinis colorem, scalpique: nec folia tantū, aut stramenta ad se rapere, sed æris etiam, aut ferri laminas. Quod Diocles quidem, & Theophrastus crediderūt. Ego falsum id totū arbitror, inquit Plinius, nec uisam in æuo nostro gemmam ullam ea appellatione. Plin. lib. 37. cap. 3. & Solinus. cap. 8. **Lyncum** urina conuertitur in lapidem, auctore Solino cap. 8.

λύγξ, singultus, eructatio stomachi, ex frigore, aut potu frigido. λάζω, singultio.

Lynx, animal, fusco pilo, mammis in pectore geminis, clarissime omnium animalium cernit. Plin. lib. 8. cap. 21.

L Y R

Lyron, **Alisma**, apud Diosc. lib. 3. cap. 170.

L Y S

Lysimachia, apud Dioscor. lib. 4. cap. 4.

Lysimachium quid sit, & an cognita hodie habeatur, lege Manardū Epist. lib. 12.

Lysimachus preciosus, sic dictus, uel quia ab eodē Lysimacho sit repertus, uel quia similibus cum herba uirtutibus pollet.

Lysias, Medicæ sectæ.

Lysio, uidetur Medicus fuisse, qui Tyronē Ciceronis libertum in Achaia curauit: de quo lege Epistolam. 1. lib. 16. Epistolarum familiarium.

λύσωμα, discriminē, & capillorū equamentū.

L Y T

λυτικῆ τῆς κοιλίας, solutiua uentris.

Lytron, **Lysimachia**, apud Dioscoridem libro. 4. cap. 4.

M A C

MAcer, Veronensis Poeta, uolucres, & herbarū uirtutes pinxit, Ouidij etate, ut ipse testatur, Sepe suas uolucres legit mihi gratior æuo, Quæq; nocet serpens, quem iuuat herba Macer. Sed & opus Homeri profecutus est. quicquid apud Ilion usq; in finem belli actū est, ut idem Ouidius, Tu canis æterno quicquid restabat Homero, Ne careant summa Troia bella manu. An ille sit, cuius hodie herbarum descriptiones ele-